



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvns Rectè
Obeundum**

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

Quomodo adiuuandi, qui propter delicta sua damnati à Iudicibus mortis
sententiam acceperunt. Capvt XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

*Quomodo adiuuandi, qui propter delicta
sua damnati à Iudicibus mortis sen-
tentiam acceperunt.*

CAPVT XVIII.

Perutile sanè esset in primis, vt ijs omnibus, qui à mœrore ac tristitia morte mulctandos leuaturi, vocantur ad carceres, omnis eorundem viuendi ratio priùs nota fieret, ac familiaris: confessiones excipiendo, eosdem adhortando, atq; adeo etiam, si res ita postularer, vtcunq; hominem pro viribus adiuuando, siquidem multum conferre videretur, vt huiusmodi viri ab his, quos in carceribus degentes inueniunt, post verò ad supremum damnantur supplicium, in magno honore habeantur: dum recordantur se cum illis antea horas totas familiariter esse loquutos: quos ad id præstandū diuini honoris zelo, & suarum animarum salutis desiderio impulsos cognouerunt, quo etiam sæpe morti, omnem illis vitæ suæ rationem aperte declararunt. quæ quidem res aperit amplissimum aditum ad facilè, id quod intendimus obeundum. E contrà verò, si quis fortè reū, qui iam iam ad præsen-

*Morte
mulctandos ad-
iuturi,
sint antea illis
familia-
res.*

Quomodo

tem ducitur necem, solari voluerit, cum nunquam eum nec de nomine, aut facie nouerit; credendum est fore periculum, ne minus res è sententia succedat: verendumque ne hac ipsemet re callidus Cæcodæmon utatur ad magis magisque necandi hominis, ab omni pietate auersum animum obfirmandum, illius menti obijciendo, eum in extremo vitæ periculo ab omnibus, quos ante nouerat, omninò destitui, & socios tantum habere eos qui nolentem trahant ad interitū.

*Sciatur
ex mini
stris ju-
stitiæ
qui cās
ptini pe-
ricliten-
tur de
vita,* Admodum præterea videtur esse necessarium, eum, qui velit consolatoris hortationisq̄ subire prouinciam, vel cum eius loci Moderatore, vel Iudicibus aut custodibus, aut etiam saltem cum illorum carcerum œconomo, qui & ex antiquis esse solet, nec ut plurimum vnius cuiusque ignorat vitæ discrimen, aliquo modo conuenire, ut ex verbis intelligat, an aliqui in eo carcere reperiantur, de quorum capite agatur, vel saltem agi sit periculum, quo facilius cum iisdem maiorem contrahat amicitiam, eosque ad pœnitendum hortetur, ante mentis aciem ipsorū exhorrenda ac perimescenda scelera proponendo, ex quo
facile

facile fit,
ne flagitia
nostri co
ad solam
tem opte
rituri, re
fieret in i
uendum t
liaribus c
certum e
ficetur: n
nimo cad
te illicò a
ideoque
animarum
velint ad
filio ac p
omnia qu
ris grauit
magno p
ferantur.

Maxi
maduert
cte plect
cedit, p
cubiculo
uocatur,
carcerum
rem incu

facile fit, vt cum ad expianda confessio-
ne flagitia, & sacrum Christi Seruatoris
nostri corpus assumendum, tum etiam
ad solam Dei optimi Maximi volunta-
tem optandam, siue victuri sint, siue mo-
rituri, rei excitentur: q̄ forte non ita
fieret in ipso extremæ vitæ periculo. Ca-
uendum tamen maximè erit, ne in fami-
liaribus colloquutionibus aliquid illis
certum esse de imminente morte signifi-
ficetur: ne hoc nimium exhorrentes, a-
nimo cadant omninò, ac de omni salu-
te illicò animæ, corporisq̄ue desperent,
ideoq̄ue nullius amplius colloquia, ad
animarum suarum salutem pertinentia,
velint admittere: sed potius maiori con-
silio ac prudentia certiori procedatur, si
omnia quæ dicentur, à peruersi facino-
ris grauitate quasi ducta ac petita, cum
magno periculo illis impendente con-
ferantur.

Quid est

Maximè etiam consolanti est ani-
facien-
aduertendum, ne cum intempesta no-
dum quæ
cte plectendum capite roboraturus ac-
intem-
cedit, primus ante ipsum se sistat in eo
pesta no-
cubiculo, ad quod suo aduentu reus e-
ste ad
uocatur. Etenim semper fere custodes plecten-
dū mor-
carcerum, ne nimium reis mortis horro-
te acce-
rem incutiāt, ab inferiori cubiculo euo-
cant dit,

*A custo-
dibus de
morte
monea-
surrem.*

cant ad superiùs, non quasi ad mortem sed potius ad triremes, aut in exilium amandandos, &c. Quare si reo alacriter superiùs ascendenti primus omnium sese confessarius offerret, fieret non modò vt ei nihil omnino virium consolando adderet: sed eas etiam omnes, quas haberet, sua præsentia frangeret ac debilitaret. Omnis igitur cura hac in re custodibus videtur esse relinquenda: à quibus priùs de certa imminente morte admonitus sit reus, & ad libenter id faciendum paulatim animatus: addi etiam poterit confessarium vnà adductū esse, qui cum facile consolabitur, & ad bene ex hac calamitosa vita decedendum edocebit, tum verò ad eum ipse confessarius ingressus, aliquem doloris sensum præ se ferendo, alacri patientique animo esse mortem subeundam ostendet; siquidem Diuina voluntate hominumq; sapientum consilio id totum efficitur.

*Dei pro-
viden-
tia in
hoc ge-
nere
mortis.*

*Hac verò, aut his similia, mortis reo
proponentur.*

1. DEVM Optimum Maximum, qui mundum hunc vniuersum æterna quadam

dam mēti
salutis su
quamuis
tramite d
expedire
cto anim
quin etia
2 Eam ip
tūm exho
beneficiu
mortali
Quis eni
rot sceleri
culis fuit
corum su
re, aut e
quadam
omnia ip
quod non
quin pot
mi magn
pœnitere
confessar
3. Huic s
Propheta
mibi Do
rum dier
quamplu
uerso po

dam mētis prouisione moderatur, hanc salutis suæ viam statuisse. Qui quidem quamuis eum ad felicitatis patriam alio tramite ducere potuisset, magis hoc ei expedire præcognouit: atque ideo crecto animo mortem esse perferendam, quin etiam exoptandam, &c.

2. Eam ipsam mortem, quam ipse tantum exhortet, summum etiam bonum *Mors e-* beneficiumque singulare ipsi à Deo im *iufmodi* mortali munificentissimè concessum. *magnū* *Dei be-* Quis enim non apertè videat eum, qui *nefeitiū.* tot sceleribus, odiis, immensisque periculis fuit inuolutus, toties aut inimicorum suorum telis confossum occidere, aut etiam diuina voluntate subita quadam nece extingui potuisse? Ad hæc omnia ipsum Dei beneficio euasisse, quod non ita facilè exhibuit omnibus: quin potius scelerum suorum cum animi magno dolore, lacrymisque posse pœnitere, eaque sibi præfenti detegere confessario.

3. Huic simile certum vitæ suæ spatium Prophetam expostulasse: Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum. Quod etiam nec *Psal. 36.* quamplurimis est concessum, qui peruerso potius animo, improuisa morte *ceci*

cecidissent, pœnas etiam daturi sempiternas.

*Hoc
mortis
genus a-
liis felici-
us est
se,*

4. Hoc mortis genus esse felicissimum, & à quouis alio, erecto quidem animo perferendum, ut suavissimum. Si quidem, cum ob varios morbos præsentis, ægros admodum diuturna torqueat cogitatio acerbissimorum dolorum qui perferuntur, medicamentorum quæ summa cum difficultate assumuntur, & expectatio futuræ sanitatis: vix credi possit ægrum sana mente commissorum facinorû recordari, nedum dolere, ex quo fit sepe, ut quâ plurimi spe quadam inani conualescendi quam primum decepti, absque vlla peccatorû suorum expiatione moriantur: si verò mortem eam cõsideres, quæ subito, minimè de illa cogitantes tollit è medio, luce clarius patet, calamitosissimum esse genus interitus si demum illud atrocissimum mortis gen^o perpendas, quo quidem multi ab inimicis crudeliter vulnerati ex hac vita emigrarunt, nõne credendû erit, eum qui ita necatur, nihil aliud posse, quàm de suis inimicis, vulnerib^o, cruore, iniuriis, doloribus, ac spe vindictæ cogitare? ut mirum valde sit, si ei à summa Dei bonitate aliquid etiam temporis, lociq; concedatur, ad

Eos

ad lachrymas
Hæc autem
quæ reo im-
met reus sa-
suæ pericu-
ut nihil ali-
suorum sce-
implorand-
simè ad æte-
enda ex ha-
5. Multos
magnopere
qui disfluant
auxilio des-
quibus & te-
portunitas
pietatis Ip-
men velit, d-
ei temporis
tuerit, suorum
sequatur:
gemuerit p-
eam libent-
tæ Spiritum
lari Ideo
DEVM esse
bona, quæ
proposuit,
6. Poterunt

ad lachrymis ac dolore eluēda flagitia.
 Hæc autem omnia longè, ab hac morte
 quæ reo impendet, distare, cum & ipse
 met reus sanæ sit mentis, & omne vitæ
 suæ periculum apertè cognoscat, &c.
 ut nihil aliud ei sit faciendum, quàm
 suorum scelerum à Deo Opt. Max. venia
 imploranda. Quod si faciat, quàm citis-
 simè ad æternæ felicitatis gaudia perfru-
 enda ex hac mortali vita euolabit.

5. Multos esse, qui benè agere cupiant
 magnopere, sed careant tempore: alios,
 qui disfluant otio, sed opportunitate, &
 auxilio destituantur: quam plurimos,
 quibus & tempus suppetat, nec desit op-
 portunitas: sed vnico indigeant amore
 pietatis. Ipsi verò reo nihil horum, si te-
 men velit, deesse: cum certum offeratur
 ei temporis spatium, in quo cum pœni-
 tuerit, suorum peccatorum veniam con-
 sequatur: in quacunque enim hora in-
 gemuerit peccator, &c. neque desit, qui
 eum libentissimè vsq; ad extremum vi-
 tæ spiritum hortari velit, atque conso-
 lari. Ideoque cogitationem omnem in
 DEVM esse conuertendam, ne æterna
 bona, quæ hoc pacto ipsi consequenda
 proposuit, deperdat contemnendo.

6. Poterunt etiam à consolatore, aliqua
 San-

*Oppor-
 tunitas
 in hoc
 genere
 mortis.*

*Exem-
pla Chri-
sti Sans-
ctorum,
& alios
rñ pro-
ponen-
da.* Sanctorum Martyrum supplicia, ac tor-
menta, quibus à perditissimis viris, iniu-
ria necati fuerunt, enarrari: & præsertim
Sancti illius, qui eodem nomine, ac ipse-
met reus, appellatur. Plura etiam fuisse
dici de iis quæ Servator noster Christus,
vt nos ab interitu vindicaret, est perpes-
sus. Neque verò hoc etiam loco erit ab-
re, si aliqua exempla proferantur, qui-
bus aliquos viros admodum nobiles, ob
minus scelus perpetratum, vel etiam in-
nocentes, ad grauiora supplicia damna-
tos esse ostendatur, qui potius tormen-
torum grauitate superari, quàm rei verita-
te impulsu, aliquanto vel maiora facia-
nora, vel etiam (quod sæpenumero so-
let accidere) non modo non perpetrata,
sed ne cogitata quidem, se commisisse
sunt confessi.

7. Addi etiam poterit: quid? nonne mi
frater, tibi semel siue in cubili, siue in a-
qua, aut igne, aut aere, &c. est morien-
dum; Quid igitur est quod mortē perti-
mescas? conare. conare mi frater, vt hæc
necessitas in magnâ vertatur animi tui
constantiam atq; virtutē quandam ex-
cellsam, qua ipsam etiam mortē omninò
contemnas. Et hæc, quæ modo dicam,
secum ipse meditare. Vtinâ Domine Iesu
in-

inter Turca
nominis ma
mox ego de
ne profund
has ealdem
summa scel
confessione
licem si hæc
gites Nam
tyr, ex hac v
lū: & id qui
mortalis no
dendus est,
stitia Dei po
num, lethale
re cupientib
in corde, h
mulierem a
iam mæchar
re etiam m
(misericord
pera eius)
optet eande
sentētiā? C
velit bona a
possit, vt e
priam carnē
verberibus
rum idem d

inter Turcarum, Hæreticorumque tui
 nominis manus inimicas hanc vitam, a qua *Deside-*
 mox ego decedam, una cum toto sangui- *ria que*
 ne profundere mihi licuisset: vel saltem *excitā-*
 has eadem poenas, quas merito ob mea *di in*
 summa scelera luo, pro veræ fidei clara *moritu-*
 confessione perferrem. O te N. certè fe- *ro.*
 licem si hæc agas, sique tecum hæc co-
 gites. Nam quodammodo verus Mar-
 tyr, ex hac vita migrans euolabis in cœ-
 lum: & id quidē meritò, si quidē Deus im-
 mortalis non minus misericors esse cre-
 dendus est, quàm iustus. Cùm ergò iu-
 stitia Dei poenas, & ignem intentet æter-
 num, lethale crimen duntaxat perpetra-
 re cupientibus: Qui odit fratrem suum
 in corde, homicida est, & qui viderit
 mulierem ad concupiscendam eam,
 iam mæchatus est eam in corde suo: qua-
 re etiam misericordiam non ostendet
 (misericordiæ enim eius super omnia o-
 pera eius) erga eum, qui summopere
 optet eandem, quam Martyres, subire
 sententiam? Quin etiam adde, si eum, qui
 velit bona aliqua efficere, cùm verè non
 possit, vt largiri eleemosynam, pro-
 priam carnem extenuare ieiuniis, corpus
 verberibus affligere, &c. omnium illo-
 rum idem dicimus in cœlo esse præmiū
 confe-

1. Ioh. 3.
 Matt. 5.

consequutum; cur etiam cum nō martyrem appellabimus, qui quidquid martyres passi sunt, ipse & verè aliquo modo, vt illi patiatnr, & omni etiam ex parte pati percipiat?

*Res mor-
te mul-
tis pro-
desse.*

8. Certo scito, mi frater, Deum hac tua morte, quasi tacita quadam cohortatione, vt reliqui ad benè operandum incitentur, ac de te, ab omnibus qui te nouerunt, malè conceptam opinionem tollendo, funditus, vt de tua potius benè sperent salute, vt i velle. Atq; ideo hæc ipsa mors, eò tibi gratior esse debet, quo facilius poteris, eam magna patientia perferendo, omnibus, quibus peruersis tuis sceleribus obfuiisti, satisfacere, ex quo fiet, vt & tu gloriosum vitæ æternæ inde referas fructum, & omnes etiam quoddam emolumentum accipiant.

*Oratio-
nes à reo
dicen-
dæ.*

9. His omnibus explicatis, bonū etiā admodum est, vt consolans, occasione opportunè sūpta, reū ad aliquantis per seculū & cum cæteris, qui aderant, orandū hortetur: quo facto omnium sanctorum opēlitaniis implorabit. Postmodum passionem Domini nostri, &c. recitando, quibus in locis videbitur insistet. eaque reo accommodare explicabit. Addat etiā, si p temp^o licuerit, paucis tamē mutatis.
ani-

animæ comm-
pfarum orati-
uertendo, de

10. Maxi-
erit vt, si fieri
nerali quada-
tur, peccator
enim scelerū
gis ad dolore
matur, dum
ea commissi
pœna mulctat

11. Si benè
quodam sen-
poterit illi p-
cædat: prius
maioris esse
hac vita spon-
necessariò,
mortem in p-

12. Solet et
ctitur, ipsi, qu-
na scelerum c-
rio iniungi:
stias aliud fa-
sit, & id etiam
sit meriti.

13. Neque
cōsolatore c-

animæ commendationem aliquid in ipsarum orationum recitatione animaduertendo, deuoteque contemplando.

10. Maximè etiam cohortandus reus erit, vt, si fieri possit, animum suum generali quadam omnium, quæ recordatur, peccatorum expiatione detegat, hac enim scelerum suorum recordatione magis ad dolorem, patientiamque inflammatur, dum apertè cognoscit se toties ea commisisse, quorum singula mortis pœna mulctari debuissent.

11. Si benè ac deuotè ex his reus animi *Pœnas* quodam sensu erga Deum erit affectus, *sponte* poterit illi probari, vt aliquo flagello se *susce-* cadat: prius verbis ostendendo, multò *ptas, ma-* maioris esse meriti eas pœnas, quæ in *toris es-* hac vita sponte dantur, quæ coactè & *se meri-* necessariò, siue in hac vita, siue post *ti.* mortem in purgatorio perferuntur.

12. Solet etiam mors ea, quæ reus plectitur, ipsi, quasi quædam perferenda pœna scelerum commissorum, à confessario iniungi: cum & ob temporis angustias aliud faciendum imponi non possit, & id etiam permagni esse credendum *Ne sic* sit meriti. *nimis*

13. Neque verò ultra duas horas est à *longa* cōsolatore cū reo collocutio proferen- *collocu-* da, ne *tie,*

da, ne illi aliqua ex hac re molestia pariatur (ni forte ipsemet reus id summè exoptaret) vt hac ratione vterq; aliquo temporis spatio à mentis labore quiescat, & vt postea illi quidem faciliùs colloqui, is verò attentius possit eum dicentem audire.

*Que reo
medi-
tanda.*

14. Aliquid præterea temporis reo erit concedendum, quo aliqua vel circa peccata, vel mortem, infernum, iudicium, gloriam, Christi passionem, & his similia, meditetur, quòd totum fieri debet habita morum, ac vi cognoscendi eiusdem ratione.

*Pauci
cum reo
loquan-
tur &
quibus
de re-
bus.*

15. Non admodum expedire videtur, vt præter Consolatorem, aut etiam eius socium, plures tunc temporis cum ipso colloquantur. Qui verò cum eo colloquantur, aduertant de nulla re esse sermonem instituendum, quæ aliquo pacto ad animæ ipsius rei salutem videatur non pertinere, ne aliqua ei detur occasio de parentibus, amicis, re familiari, rebus gestis, gerendisue cogitandi, solet enim Dæmon vel minima occasione sumpta, hæc consideranda iniicere menti, vt animus ab omni pietate, & mortis amore, ad Dei contemptum, ac longius vitæ desiderium protrahatur.

16. Ad

16. Admone-
taculum sunt
potu reddat
summo stud
ne omnis me
solicitudo au
hoc esse Dæm
qui optimè n
conferat ad b
dum, cum tu
gatur, vel vit
crimine, &c.

17. Caueat s
quicquam ad
proferat, hæ
Eia, nimis m
instat, prope
tia peragenda
ga Deum anin
tis mortis co
sapone funen
ter moriendu
ipsi reo prope
conscende gra
securis aciem
coim aut dico
matutare mo
nam incurrer
propria obeu

16. Admoneat consolator eos, qui ientaculum sunt reo ministraturi, ne nimio potu reddatur ebrius : quod quidam summo studio fieri curant, vt hac ratione omnis moriendi metus, animique sollicitudo auferatur, qui sanè ignorant hoc esse Dæmonis quoddam inuentum: qui optimè nouit, quantum sana mens conferat ad benè feliciterque moriendum, cùm tunc temporis de summo agatur, vel vitæ, aut mortis æternæ discrimine, &c.

Ebrietas in reo cauenda.

17. Caueat summopere consolator, ne quicquam ad festinandam reo mortem proferat, hæc aut his similia dicendo: Eia, nimis moramini, tempus tandem instat, properate, sunt enim alia negotia peragenda, nunc reus optimè est erga Deum animatus, citò eum ab instantis mortis cogitatione liberate, multò sapone funem perungite ne nimium inter moriendum excrucietur; aut etiam ipsi reo propera in via, benè, firmiterque conscende gradus, &c aut itidem retusâ securis aciem curet acuendam, &c Hæc enim aut dicere, aut efficere, esset reo matutare mortem & irregularitatis pœnam incurreret, ideoque vnicuique sunt propria obeûda munera, iuxta officii sui

Cōsolator irregularitatem prouidet.

ratio

rationem : & licet aliquando carnifex, vel satellitius prefectus à consolante petant, an omnia sint absoluta, expeditaq; & an tempus credat esse opportunum iustitiæ mandata exequendi, hisque similia. &c. ipse tamen immotus, quod suum est faciendo expediat, cæterisq; omnem aliam curam relinquat sua peragendi, 18. Dum reus ad mortem ducitur summa est attentione hortatori curandū, ne oculis hinc inde aspiciendo, aut quempiam salutando, aut salutanti respondendo, animo diuagetur, nec etiam ipsemet hortator tunc temporis, rei nomine aliquid cuiquam iubeat faciendum, sed omni mentis ac virium suarum conatu in vnam illius animæ, perbreui temporis spatio ex hac vita migraturæ, salutem totus incumbat.

Dū reus ad mortem ducitur quid curandū. 19. Si fortè aliquid esse scrupuli appareat, quo rei mens conscia premeretur, vel etiam si optare videretur res suas alicui, ac supellestem testamento legare, crit in his omnibus, quantū fieri licebit, testibus necessariis aduocatis, adiuvandus qua quidem in re confessarius, consolatorue aduertat, ne vnà cum testibus, aut scriptoribus censeatur, ni fortè aliquid ipsum scribere esset necessariū, quod

um, quod
rit manu
res aliqua
carceribus.
contingunt
aut potius
peres. erog
20. Qua
atur, vt si
rem aduerf
lium rei ad
mne: quin
voluntatem
huiusmodi
nocentem.
Monendus
rorum acer
rius fama
piam accus
gustias, ne
est, neque
uocare, id
Deum imp
merque hu
nis, illum n
populi mu
stem in ha
collum in
vices suppo

um, quod etiam nec eiusdem propria e-
rit manu subsignandum, si verò fortè
res aliquæ ab ipso reo relictæ erunt in
carceribus, id ipsemet iubere poterit, vt
contingentibus, aut cui velit tribuantur,
aut potius ob animæ suæ salutem in pau-
peres erogentur.

20. Quantum hortator poterit, eni-
ciatur, vt si quid odij in iudicem, aut par-
tem aduersam, aut testes, aut quemuis a-
lium rei animo erit infixū, id euellat o-
mne: quin potius hanc Dei immortalis
voluntatem esse ostendat. Ideoq; ipsum
huiusmodi mortis genus, quamuis in-
nocentem, debere perferre libentissimè.
Monendusque erit, vt, si quid tormen-
torum acerbitate coactus, aut de alte-
rius fama detraxerit, aut falso quem-
piam accusauerit, cum per temporis an-
gustias, neque testes adhibere. vt moris
est, neque publicum scribam liceat ad-
uocare, id ipsum totū præsentī populo,
Deum imprimis testatus, exponat affir-
merque hunc falso insinulatum crimi-
nis, illum necis. & flagitij, &c. ipsamque
populi multitudinem elata voce detes-
stem in has res singulas, antequam aut
collum in laqueū inferat, an securi cer-
uices supponat, ne detrimētī quidquam

*Aliorū
& sua
fama
reus cō-
sulat.*

§

inno-

innocentes sua culpa patiatur. Quòd si minus etiam suæ famæ, vi, metuq; confulerit, ei apertè dicendum quod verum est, ne animi, & corporis vnus idemque sit interitus.

*Indulgentiam
lucres
ur si
potest.*

21. Si consolator aliquos precarios calculos secum habuerit, quibus reus in mortis articulo plenariam suorum scelerum indulgentiam consequi posset, orandus erit, vt moriturus ea perficiat quæ necessaria sunt ad indulgentiam illam consequendam.

*Que à
consola
tore ad
uertenda.*

22. Neq; verò aut in carceribus, aut eo in loco, vbi reus erit è medio tollendus, consolator illi multum adhærescat, id diligenter aduertat, præsertim in carcere, vt eius manus suis sint semper cathenis colligatæ, licet enim sæpè rei animo pacato esse videantur, aliquando tamen subitò quodam mortis horrore correpti, porùpunt in phrenesim, & quasi lymphati, etiã sibi metipsis, non modò, cæteris, mortem consciscere machinantur, etenim sapiissimè clarè custodes intuiti sunt illos, quasi mète captos capita parietibus collidentes, & quicquid manu arripuerant, in adstantium ceruices deuibrantes. Alia tamen ratione procedendum cum ijs, qui ob familiæ nobilitate

ratorum

tatem, & missionem a ac totius cogent.

23. Vt ma cedat ad mo farius, se p Dominum vt multi ide verè post e an ei aliqui excipiendu dei, odij, huius aut p alterius re torqueatu hortatione spem diuin vitæ ætern Diuis quã orem pass pore mor: citissimè. ipsi inuid bus, anin morbis, ratibus, ratibus, beretur:

tatem, & magnam quandam animi demissionem ac dolorem, tanta manuum ac totius corporis constrictione non egent.

23. Ut maiori cum alacritate reus accedat ad mortem, polliceatur illi confessarius, se pro illo post eius mortem diu Dominum oraturum, atque diligenter, ut multi idem efficiant curaturum (quod verè post exequetur) moneatque sæpe, an ei aliquid noui, quod sit confessione excipiendum, occurrat: an ab aliquo fidei, odij, desperationis, longioris vitæ huius aut parentum amoris, aut cuiusvis alterius rei tentatione à cacodæmone torqueatur. Nec vnquam desistat à cohortatione ad patientiam, ad magnam spem diuini auxiliij, passionis Christi, ac vitæ æternæ, ad quam cum Christo ac Diuis quàm plurimis, qui multò acerbiorum passi sunt mortem, sempiterno tēpore moraturus, si velit, perueniet quàm citissimè. Adde etiam, se quodammodo ipsi inuidere, quippe cùm à tot laboribus, animi perturbationibus, corporis morbis, perpetuo quasi carcere, simulatibus, infinitis propemodum calamitatibus, & ipsamet morte, moriendo liberetur: & omnis aditus ipsi perpetrâdi

facinora præcludatur: & quod omnium maximum bonum est, ad perfectè Deum cum Angelis ac Diuis omnibus videndum, & collaudandum, amplissima quedam ianua referetur.

*Consan-
guineo-
rum col-
loquium
cum reo
prohibē-
dum.*

24. Summa præterea est attentione aduertendum, ne fortè aliquo modo cum cōsanguineis, vxore, aut filiis colloquatur: sed potius horum omnium, quantum fieri poterit memoria erit ac mentio supprimenda. Nec etiam ad id eius aut amici quidam, cum eo colloquendi quadam curiositate ducti, erunt admittendi. Siquidem horum omnium, eo extremo vitæ tempore, sermo nihil prodesse, multum autem potest obesse.

25. Quam sapissimè rei non tam mortem ipsam, quam genus ipsum mortis turpissimum æstimantes, perhorrescunt: sibi met ipsis malam crucem præ oculis obiicentes, se ipsos in ea iam extinctos fingendo, & innumerè adstantis plebis, ac pertransientis irrisiones, atque contemptus contemplando, &c. Ideo maxime consolator eos hortabitur, vt pendens Christi in Cruce imaginem, ac simul D. Petri, D. Andreæ ac multorum Sanctorum Martyrum cruci affixorum meditentur: eosque docebit, pluris ani-
mum

num esse fa-
ringui pote-
vna cum br-
que puluer-
mo studio e-
re perbreui-
animus no-
incipiat pe-
plurimis, q-
sunt, creden-
26. Tandem
rit, si vxore
sanguineos
summū do-
suus N. fun-
psemet, qu-
abit atque
vt verum C-
cessisse. Id-
pi morte n-
feliciq; v-
dum. Hæc
cenda erunt
ctus vber-
Hæ ita
ad consol-
tur in bon-
si quis reu-
obfirmat

num esse faciendum, qui nunquam ex-
tingui potest, quam corpus hoc, quod
vna cum brutis, citò in cineres aridum-
que puluerem euanescet. Ideoque sum-
mo studio esse conandum, vt eo tempo-
re perbreui, quo corpus pender in cruce,
animus noua quadam vita, & gaudijs
incipiat perfrui sempiternis, vt quam-
plurimis, qui hoc mortis genere extincti
sunt, credendum est feliciter euenisse.

26. Tandem cum reus à vita migraue-
rit, si vxorem, filios, aut parentes, aut cõ-
sanguineos superstites habuerit, qui ob
summum dolorem turpissimam mortis, qua
suis N. fuit affectus, poenè desperent, i-
psemet, qui reum est consolatus illos ad-
hibet atque solabitur, affirmando N. suum,
vt verum Christianum decet ex hac vita
cessisse. Ideoque cum non tam inter tur-
pi morte mulctatos, quam inter aeterna
felicique vita perfruentes esse numeran-
dum. Hæc igitur illis, hisque similia di-
cenda erunt, quæ Spiritus ipsemet San-
ctus vberrimè subministrabit.

Hæ itaque, aliæque piæ meditationes
ad consolandum eos qui facile flectun-
tur in bonum, poterunt adhiberi. Quod
si quis reus reperiatur, qui illis nequeat
obfirmata mente dimoueri, ad alia eris

firmiora, ac potiora remedia recurrendum.

Quomodo cum obstinatis reis agendum.

1. Maximè reor conducere, si huiusmodi reum ea, qua consolator poterit, animi demissione, adeoque, si necesse erit, flexis genibus cohorteretur ad animum erga Deum piè excitandum, animæque suæ salutem consulendum, quod efficiet facile si in hoc extremo vitæ suæ tempore, omnem animi sui labem peccatorum confessione abstergendo, in Dei æquissimi rerum æstimatoris voluntate acquiescat. Hic etiam erunt nobiliorum virorum ipso reo exempla proferenda, qui non ad eò graui patrato flagitio, penas tamen dederunt grauiiores, ac præsertim si cui illorum morienti ipsemet idem consolator adfuerit.

2. Si verò his explicatis, reus adhuc peruerso animo, in errore concepto persistat, tetro iratoque vultu, ac verbis grauioribus cum eò agendum erit, eiq; dicendum: Abi hinc, discede ex hominum conspectu, qui nec ipsa terra sustentari, & omnino a Deo non mereris in hoc summo vel æternæ vitæ vel mortis discrimene adiuuari: equidem nunc mihi omnem animi tui curam iure censeo esse deponendam, quid addam præter ca?

ea? non feci
quædam mo
est de hoc a
mus etiam
sempiternu
horrendos
Quo facto,
se velle disc
discedendo
obfirmatan
omnis adh
3. At si ha
tur, eunde
per aliquen
plectendur
mo, ac ber
nim facili
permoueb
mortis ger
bendum,
præpoten
Quibus a
cum reo s
prius oste
semper se
4. Si neq
ueatur:
tor: ac bla
dictū fuer

ea? non secus ac rationis expertis bellua
 quædam morieris, & quod calamitosius
 est de hoc æuo extincto corpore, ani-
 mus etiam, ad interitum perferendum
 sempiternum, à Dæmonibus raptus in
 horrendos inferni carceres detrudetur.
 Quo facto, simulandum erit hortatori
 se velle discedere, ab illo verè paululum
 discedendo, quippe cùm ad peruersam,
 obfirmatamq; mentem commouendam
 omnis adhortatio nihil valere videatur.
 3. At si hæc etiam frustra fieri videren-
 tur, eundem hortari poterit consolator
 per aliquem alium reum, eadem morte
 plectendum, qui læto sit alacrique ani-
 mo, ac bene erga Deum affectus. Hic e-
 nim faciliùs ad necem patienter ferendâ
 permouebit, ostendendo, sibi eiusdem
 mortis generis vel acerbiori esse occum-
 bendum, & tamen summoperè de hæc
 præpotentis Dei voluntate gaudere,
 Quibus autem de rebus, quoque pacto
 cum reo sit colloquendum, consolator
 prius ostendet, vtriusq; tamen personæ
 semper seruata ratione.

4. Si neq; his reus ad pœnitendum mo-
 ueatur: rursus ad eum redeat consola-
 tor: ac blando sermone quicquid ab ipso
 dictû fuerat, rectè nec sine ratione, dici

§ 4 potuisse

potuisse asseueret, non ideo tamen esse desperandum: sed potius cum ipsi sit eo mortis genere necessario è vita decedendum, dolorem ac turpitudinem, mentis tranquillitate, magna ex parte adimendam. Addet præterea consolator si fieri posset, & ad maiorem Dei gloriam, famulatumq; pertineret, se optare summoperè pro ipsomet reo eandem mortis subire sententiam, siquidem Christus Dominus omnium, quæ excogitari possunt, acerbissimam, turpissimamque mortem, ne ad interitum rueremus sempiternum summo quodam æternoque amore perpeffus est libentissimè.

*Acerbi-
tas mor-
tis Chri-
sti.*

Hic aliqua paulò fufius erunt exaggeranda, quibus clarè acerbissimum, turpissimumque fuisse istud mortis genus ostendatur. Primò si carnifices contempleris, inimici erant. Secundò, si tormenta, exhorreda. Tertiò, si tempus, Paschatis festum celeberrimum. Quartò, si locum, extra mœnia Hierusalem, præcipua Hebræorum ciuitatis, summum Caluarię montis fastigium, &c. Quintò, si personam, Dei Filius, purissima Beatissimæ Virginis carne vestitus, &c. Sextò si demum scelus, summa innocentia Christi, & summa nostra omnium, in-
nume.

numeraq;
aliqua eti
rum Mart
longo ten
quebantur
puè fueru
Sebastian
dicrum sp
&c. Addi
mos repe
culo mor
taxat luc
sunt mer
omnes ven
lites; qui
versantur
cem inten
mum qui
uis hono
mentum,
esse conf
plurimi,
more bell
5. Quòd
vnà cum
eo orabit
idem effi
durando
tius diui

numeraque flagitia, &c. His explicatis aliqua etiam (si videbitur) erunt Sanctorum Martyrum exempla proponenda, qui longo tempore cruciatibus summis torquebantur, in quorum numero præcipuè fuerunt Diuus Laurentius, Diuus Sebastianus, ac Diuus Andreas, qui triidierum spatio viuis pependit in cruce, &c. Addi præterea poterit, quam plurimos reperiri, qui vitam certo ferè periculo mortis exponunt, per parua duntaxat lucrandi spe incitati, cuiusmodi sunt mercatores, qui vitam resque suas omnes ventis ac fretis committunt: milites; qui quotidie inter acies, & arma versantur, ac strictum ferrum iugulo necem intentans passim intuentur: ac demum quidam digladiatores, qui quoduis honoris, licet exiguum passi detrimentum, armis ferroque illico agendum esse constituunt: quorum hominum plurimi, aut vulnerantur, aut etiam more belluarum enecantur.

5. Quòd si nec his flecti posse videatur, vnà cum ijs, qui aderunt, cōsolator pro eo orabit, ex postulando ab ipso reo, vt idem efficiat, ne in peruerso animo perdurando miserrimè moriatur, sed potius diuinum sibi sentiat adesse auxiliũ.

§ 3 . Ideo

Ideoque eum presentibus ceteris (si expedire videbitur) consolator propriis manibus aliquo flagello se cadat verberibus: ex hoc enim forte fiet, ut ingentem erga se amorem reus admiratus, a peruersa sententia, ad poenitendum, & animae suae providendum deducatur.

6. Verum si haec omnia nihil prorsus prodesse aperte apparebit; summis precibus ab eo confessarius efflagitabit, ut, quamuis paratus ad parcendum inimicis, aut ad hoc abiectum ac turpe mortis genus libenter perferendum, non esse videretur, saltem animum peccatorum confessione detergat ab omni turpitudine, &c. Hoc enim facto, sperandum erit, ut, vi quadam poenitentiae sacramenti roboratus, ad omnia, quae velit confessarius, facienda inflammetur: praesertim si eidem eandem capitis sententiam multoties cum incurrisse, ob varia patrata flagitia, multis rationibus ostendatur. Quod si forte contra minus ex hoc ipso aptus fieret ad recipiendum suorum scelerum absolutionem, non erit absoluendus: sed commonendus (nulla tamen huius rei ceteris significatione facta, ratione sigilli) ipsum adhuc

adhuc in
ctum deti
nas, ac n
posse per

Neque
tionibus
perseuere
tempore,
nuo cum
quidem e
consequ
ni semper

Quo illi e
uendum a
mo ita ob
ri proderi
missorum
ligant te
hac vita n
cum hac l
nimae tua
quidem v
sentibus f

Quo si t
loris sign
tricio, aut
tamen pr
ea, quae p
His itaq;

adhuc in Dæmonum manibus adstri-
ctum detineri, nec vlla ratione tot cate-
nas, ac nodos, ni cum verè pœniteat,
posse perfringi &c.

Neque verò ideò desistat à cohortas-
tionibus consolator: sed ad finem vsque
perseueret: & in ipsomet extremo vitæ
tempore, etiam conscenso patibulo de-
nuò cum ad pœnitendum hortetur, si
quidem eo perbreui spatio, si velit, vitæ
consequetur æternam: sin minùs, infer-
ni semper duratura supplicia patietur.
Quo illi explicato, hæc etiam ad permo-
uendum addi poterunt: Quid tibi ani-
mo ita obfirmatio, & à Deo auerso, mo-
ri proderit: pœniteat te scelerum com-
missorum: cura tandem, vt omnes intel-
ligant te Christiano homine dignum ex
hac vita migrare. hoc si feceris, ego vnà
cum hac hominum multitudine pro a-
nimæ tuæ salute Deum exorabimus: q̃
quidem verè ipse efficias, cæterisq; præ-
sentibus faciendum præcipiat.

Quo si tunc temporis reus aliquod do-
loris signū præ se tulerit, satis erit ea cō-
tritio, aut attritio, & absolui poterit: eo-
râmen priùs monito an aliquid præter
ea, quæ priùs fuerat cōfessus, occurrant.

His itaq; omnibus diligenter absolutis,

Sperandum est, reos omnes, qui morte mulctantur, ex hac vita tanquam ex turbulentissimo mari, ad felicissimum atque tranquillum æternæ vitæ portum migraturos.

De ijs qua ad morientem iuuandum faciunt, sed sine ipso tractantur.

CAPVT XIX.

Oratio sacerdotis.

QUÆ hætenus dicta sunt, ad ægrotantis auxilium, non nisi per ipsum vel saltem non sine ipso transigi possunt: alia sine ipso fieri possunt, & debent, vt quæ hîc dicentur.

Primum autem inter ea locum habet oratio Sacerdotis ipsius, qui iuuat morientem; tam cùm admissus ad eum est, ac recitat illud Beati Iacobi, scilicet, Infirmatur quis in vobis, & cetera: dicitq; stans & aperto capite, Euangelium, & orationem super infirmos dici solitam, quàm cùm admiscet alijs colloquijs cū infirmo alias preces, alta vel submissa voce, sed crebriùs & diutiùs orabit, quãdo infirmus sensum & iudicij vsum amisit, vt etiam superius dictum est.

Alterum locum habet Oratio eorum qui

Eos

qui præsen
vel locio e
Orationes
guntur præ
cere, & do
iuuat: de q

Si com
ijs qui con
curam hab
synas pro e
vt volent,
masterijs &
subuentio
nia aut al
aliqua vot
saram præ
curare hau
bus id pet
propitius;
nitatem,
expediet;
in aliud o
disponat,
tionem.

Si non
dicta; cur
alij asperg
ctum & c
molestias